





fit ita certa, at verius est adhuc minime concedi dotis repetitionem. n.25.

Expensæ.

1. Probabiliter affirmat quidam promittentem matrimonium...

2. Si quis dolose sponsalium fidei recessit, tenebitur expensas solvere...

3. Promittens feminæ consanguineæ matrimonium si Papa dispensaverit...

4. In foro externo cogendus est vir alimenta, & litis expensas ministrare uxori adulteræ...

Expressio.

Expressio ejus quod jure communi & tacite inest, non est conditio...

Expressa nocent, non expressa autem minime. lib. 6. disp. 36. num. 2.

Expressum dicitur, non solum quod in specie exprimitur, & manifestis verbis...

Taciti & expressi idem est iudicium. l. 1. d. 65. n. 1.

Expressa licentia, ut distinguitur contra tacitam est duplex: quædam ut distinguitur contra tacitam de futuro...

Fideiussio.

1. Fideiussio est obligatio accessoria alii principali. lib. 4. disp. 9. num. 15.

2. Si mulier soluta, aut conjugata seclulo omni metu, libere sibi habeat...

3. Uxor metu reverentiam viri compulsa, quo vite jurgia ejusque offensionem...

4. Uxores quæ viris morti propinquis ut ipsos solatio afficiant...

5. Pro securitate matrimonii in contractu sponsalium possunt intervenire fideiussores...

6. Ut fideiussor obligetur opus est principalem saltem naturaliter obligari...

Filia. Filius.

1. De jure Cæsareo affirmat aliqui filiam indigno nubentem parentibus inivitis posse exheredari...

2. Ut filia inivitis parentibus nubens, exheredari possit, tres conditiones desiderantur...

no repugnet, & siqul vitam luxuriosam eligat. 3. ut fit minor 25. annis. n. 4.

3. Semper præsumendum est velle parentes virum, & dotem competentem filia, aut nepi dare, quando alioquin de contrarium non constat. n. 5.

4. Non satis est si semel aut bis copiam sui corporis furum filia faciat ut possit exheredari...

5. Pater luxuriose vivens, filiam ita viventem minorem 25. annis potest exheredare...

6. Filia major 25. annis, si contrahat inivitis parentibus cum mancipio, aut servo, potest exheredari...

7. Quamvis filius renitentibus parentibus matrimonium ineat, luxurioseque vivat...

8. Atrento jure regio Castellæ, quamvis quidam affirmant filiam inivitis parentibus nubentem posse exheredari...

9. Et si probabilius sit leges civiles, quæ exheredant filias contrahentes inivitis parentibus...

10. Certa fidei tenendum est matrimonium initum a filio absque parentum consensu esse validam...

11. Non possunt parentes cogere filios ad matrimonium, vel ad tales nuptias, sed libere contrahere debent...

12. Potest tamen pater increpatione paterna cogere filium ad certum aliquod matrimonium. n. 5.

13. Peccant parentes absque iusta causa impediens matrimonium filiorum, quia filius sui juris est circa status electionem. num. 6.

14. Quando adest iusta causa, ut quia matrimonium est indignum, non peccat Princeps, aut pater impediens mediis laicis, absque vi & metu...

15. Quidam dicunt parentes iniuste impediens matrimonium filiorum incurrere excommunicationem latam in Tridentino...

16. Regulariter non tenetur filius implere sponsalia quæ absque suo consensu pater promisit...

17. Quando multum interest parentum, ut filius tale matrimonium ineat, tenetur filius sub lethali culpa obedire parenti illud præcipienti...

18. Affirmant quidem probabiliter filium lethali ter delinquere absque iusta causa inivitis parentibus inuentem matrimonium...

19. Filiusfamilias potest inconsulto patre contrahere, & ex omni contractu abique licentia patris inito, obligatur naturaliter & civiliter...

20. In mutuo, & voto nec non in in contractu pecunia credita facta, non obligatur filiusfamilias etiam pubes absque patris consensu. n. 3.

21. Non potest pater amovere filium puberem, quando ad certo tempore ministrandum se obligavit alicui. num. 4.

22. Filius tenetur ad operas obsequiales patri, id est, ad obsequendum patri in gubernatione domestica...

23. Si filius velit alimenta a patre recipere, velitque honestum vitæ genus quærere, non potest impediri a patre non indigente sua opera...

24. Filiusfamilias proprietarius nullo modo potest vendere, vel alienare, aut obligare proprietatem adventuriam in quibus pater habet usufructum inviro patre...

25. Quamvis communiter tradant Doctores solum posse patrem irritare vota realia filiifamilias emissa ante 25. annum...

26. Potest filiusfamilias arras inconsulto patre promittere, & sponsalium largitatem, tum quia ex omni contractu obligatur...

27. Filius non tenetur suis bonis solvere mutuum acceptum a patre ad ipsos alendos, quando pater solvendo non est...

28. Quoad honores, & nobilitatem filius sequitur conditionem patris: quidam tamen putant statuto, ac consuetudine induci posse ut filius sequatur in hoc conditionem matris...

29. Filius naturalis habet ex ancilla & viro nobili quamvis non sit nobilis dum servituti est subiectus: at

pium, & satis probabile est nobilitatem comparare, cum postea manu mittitur; quia nobilitas est quædam ius sanguinis incommutabile...

30. Filii quoad servitutum, sequuntur conditionem matris, atque ita si mater ancilla sit, filii sunt servi ejus, cujus est mater...


31. Quando ex matrimonio concipitur proles, sunt qui dicant partum non sequi conditionem matris, sed patris; verum contraria sententia est verissima...

32. Valet consuetudo si alicubi legitime præscripta sit ut filius non matris sed patris, aut utriusque parentis servitutem sequatur. num. 9.

33. Filius dives quamvis nequeat alimenta denegare matri pauperi secundo nubenti, si ea aliunde non suppetant...

34. Non tenetur pater usufructum, quem in bonis matris filiorum lege acquirit, transiens ad secundas nuptias, reservare filius prioris matrimonii. l. 7. d. 89. n. 11.

ARBOR CONSANGUINITATIS.



35. Avi & reliqui ascendentes, transeuntes ad secundas nuptias tenentur nepotibus, & aliis descendentes bona reservare a conjuge præmortuo acquisita...

36. Ut locus sit huic reservationi bonorum filius prioris matrimonii necesse est ut secundum matrimonium sit consummatum, & quando prius matrimonium irritum fuit, habet etiam locum hæc reservatio...

37. Si pater in suo testamento substituat pupillariter matrem filio impuberi, bona illa quæ ex substitutione pupillari patris per mortem filii mater consecuta est...

38. Quando ex testamento, vel donatione conjugis defuncti, non tamen ex bonis ipsius consequitur aliqui

alter conjux id minime reservandum est filius prioris matrimonii. num. 16.

39. Bona que conjux tranfens ad secundas nuptias acquirit sibi data contemplatione conjugis defuncti, juxta veriorum sententiam non relevatur filius prioris matrimonii. num. 17.

40. Conjux succedens ab intestato filio prioris matrimonii in bonis quæ is filius ex parentis substantia habuit, tenetur tranfendo ad secundas nuptias ea bona reservare filius prioris matrimonii...

41. Quadruplex conditio desideratur, ut locus sit huic bonorum reservationi filius prioris matrimonii. 1. est ut mater ad secundas nuptias transeat...

42. Quando vir & uxor filia communi nupturæ dotem constituunt, & filia absque descendentes moritur altero parente jam defuncto, parens superflus qui ad te-





